

Michael Cobabus Christianus Rausche

## **Disputatio Septima Theologica De Bonis Operibus : In qua Sequentes Theses, Quaestiones & Casus Conscientiae**


Rostochi[i]: Richelius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73804797X>

Druck Freier  Zugang



Vert. M. Cobebus. Praeses. J. Göttinger,  
R. U. theol. 1646.



Disputatio Septima  
THEOLOGICA

29.

De

BONIS OPERIBUS.

In qua

Sequentes Theses, Quæstiones  
& Casus Conscientiæ,

*Spiritus Sancti ductu & gratia*

DIRECTORE

JOHANNES COTHMANNO

SS. Theol. D. & Professore celeberrimo,

PRÆSIDE

M. MICHAELE COBABO

Sternberga Megapolitano,

*Publico examini subicit*

CHRISTIANUS Kausch

Lubecensis.

*Ad diem 11. Julii in Auditorio Unicornis  
horis antemeridianis.*



ROSTOCHI

*Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr. Anno 1646.*

Disputatio Septima  
THEOLOGICA

BONIS OPERIBUS

Sequentes Theol. Quaestiones

de Calis Conscientia

de Summa Virtutum

de

JOHANNES THIMANN



M. MICHAEL COBARO

Gumburgensis Magistri

Philosophiae

CHRISTIANUS

Capituli

in hunc modum

de

de

Rostock

Typis Johannis Richteri Senae Typog. Anno 1724

*Thesis I.*

**B**ona opera sunt actiones internæ, atq; externæ, quæ fiunt à renatis per Spiritum Sanctum ex vera fide juxta Legis Divinæ normam in Dei gloriam, & ad nostram gratitudinem declarandam.

II. Dicuntur autem bona non à bonitate absoluta, & legi divinæ exacte conformi; (talis enim actionum bonitas post lapsum in nullo datur homine) sed à bonitate inchoata, quæ est renatorum, qui à Spiritu Sancto ducti Deo obtemperant, & in nova vita ambulant.

III. Etsi igitur opera fidelium sunt imperfecta, & debitum perfectionis gradum in Legge Divina præscriptum non assequuntur; placent tamen Deo propter meritum Christi fide apprehensum, quo omnis in illis tegitur imperfectio, ipsaq; opera Deo redduntur accepta.

IV. Quorum autem opera moraliter vel civiliter duntaxat sunt bona; illorum imperfectio, in judicio divino nuda relinquitur, & nullo velamine propter fidei salvificæ absentiam contra iræ divinæ atrocitatem absconditur.

V. Causa efficiens bonorum operum principalis est Spiritus Sanctus, qui intellectum nostrum illuminat, & voluntatem movens ad bonum impellit, ut veluti novi ac spirituales homines vitæ novitati studentes actiones edamus spirituales, & vocationi nostræ convenientes.

VI. Causa instrumentalis est Verbum Dei, per quod confertur Spiritus Sanctus, & bene operandi gratia.

VII.

VII. *Causa cooperans, & propinqua est voluntas hominis per verbum, & Spiritum S. renovata.*

VIII. *Objectum bonorum operum sunt Deus, & proximus; siquidem quædam illorum spectant ad Deum; quædam autem ad proximum.*

IX. *Quæ ad Deum pertinent de illis agitur in prima tabula, & sunt 1. Dei agnitio è verbo illius patefacto, 2. Timor Dei quo quis filialiter timet Deum offendere, & ab eo segregari per peccata contra conscientiam, 3. gratiarum actio pro beneficiis corporalibus & spiritualibus, 4. Invocatio & Adoratio, 5. Sanctificatio Sabbati, &c.*

X. *Quæ ad proximum pertinent, de illis agitur in secunda Tabula, & sunt omnis generis officia, quæ proximo debemus; siue is nobis sit major, & ordinatione divina potestatem in nos habeat; siue æqualis, & ejusdem nobiscum conditionis.*

XI. *Forma bonorū operū legaliter considerorū est conformitas cum Lege Dei. Quare opera illa, quæ absq; mandato, & Verbo Dei vel sponte, vel etiam bona intentione suscipiuntur; vel ab hominibus sub opinione cultus præscribuntur, bona neq; esse, neque dici possunt.*

XII. *Finis Primarius bonorum operum est DEI gloria; Secundarius est & bene operantis, & proximi illius ædificatio. Quodcumq; enim opus etiam per se bonum, & à Deo præceptum, non sit debito fine in Dei gloriam, & proximi commodum, illud per accidens sit peccatum.*

XIII. *Necessaria igitur sunt bona opera 1. propter Deum, 2. propter nosmetipsos, 3. propter proximum: non*

non autem necessitate coactionis; sed mandati, ordinis, debiti, & consequentiæ.

14. Propter Deum facienda sunt bona opera 1. ut voluntati ejus obtemperemus, 2. gloriam illius prædicemus, 3. gratitudinem nostram declaremus. Propter nosmetipsos, 1. ut fidem nostram proximo ostendamus, 2. vitam & professionem nostram exornemus, 3. vocationem nostram firmam efficiamus. Propter proximum 1. ut illum juvemus, 2. Exemplo nostro à via mala abducamus, & ad pietatem exercendam humaniter invitemus, 3. adversarijs os obturemus.

XV. Qui igitur in judicio divino vult haberi pro homine justificato, ei necessaria sunt bona opera, non ut justificationis actum ingrediantur, & hominis justificationem efficiant; (Nam à parte nostra nihil facit ad nostram salutem præter fidem promissionibus gratiæ & merito Christi innixam) sed ut fidem, à qua non possunt separari, necessariò sequantur.

XVI. Quare rectè distinguitur inter acceptationem personæ, & operum. Nam in foro justificationis personæ Deus cum peccatore ad tribunal suum vocato agit pro rigore suæ justitiæ, severissimè ab eo exigens perfectissimam cum lege conformitatem, nec eundem nisi per fidem justitiæ Christi ornatum justum reputat, in filium adoptat, & spiritu adoptionis donat; In foro autem approbationis bonorum operum Deus cum homine agit non ut cum servo, aut reo; Sed ut Pater cum filio. Nam propter personam fide sibi reconciliatam, primitias novæ obedientiæ ex gratia paterna in optimam partem interpretatur, & præclarissimis justitiæ encomiis ac præmiis ornat.

QVÆ



## QVÆSTIONES

contra

### I. PONTIFICIOS.

- I. *An cultus electitii Deo probentur, atq; illud sit opus bonum, quod bonæ intentione suscipitur, quamvis nullum in scriptura habeat mandatum ? N.*
- II. *An Lutherus negaverit bonorum operum necessitatem ? N.*
- III. *An bona opera sint necessaria ad salutem efficiendam ? N.*
- IV. *An venatorum opera bona sint perfecta & meritoria vite aeternæ, illis que nihil desit, quo minus legi divinae pro hujus vite statu plene satisfecisse censeantur ? N.*
- V. *An bona opera justificent ? N.*
- VI. *An Christi gloria illustretur, si opera nostra dicantur ab eo accepisse vim justificandi ? N.*
- VII. *An bona opera conservent salutem ? N.*
- VIII. *An dætur opera supererogationis, & plus possit à nobis præstari quam lex Dei efflagitat ? N.*

### II. PHOTINIANOS.

- I. *An multa mandata à Christo Decalogo sint addita, ut per eorum observationem justificemur ? N.*
- II. *An in V. T. non sit proposita promissio vite aeternæ; sed primò per Christum in N. T. revelata ? N.*
- III. *An finis bonorum operum sit acquisitio justitiæ, & vite aeternæ ? N.*

### III. ANTINOMOS.

- I. *An lex proponenda sit renatù, ut sit norma monstrans, qua sint opera, in quibus Deus vult nos exercere obedientiam ? Aff.*

II. An

- II. An hac propositio, Bona opera sunt necessaria, sit pernicioſa, & pro-  
pterea uſus vocabuli Neceſſitatu in doctrina de Boni operibus reſpon-  
ſorum ſimpliciter ſit rejiciendus & damnandus? N.

#### IV. CALVINIANOS.

- An electi propter peccata contra conſcientiam non poſint excidere gratia  
Dei, & amiſtere fidem juſtificantem? N.



#### CASUS CONSCIENTIÆ.

Quæritur :

- I. An is ſit ex numero verè ſanctorum, qui operibus ſuis inſoleſcit, & ſibi  
in illiſ nimium placet non abſq; proximi contemptu? N.
- II. Quomodo erigendus ſit Chriſtianus, qui in ſummis anguſtiis, & tenta-  
tionibus ſpiritualibus ſecum perpendit, quod Chriſtus in extremo die  
ſit enumeraturus piorum opera, & cuilibet ſecundum opera mer-  
cedem retribuaturus; ipſe autem nulla habeat opera bona, quibus in  
extremo die coram facie divinâ poterit comparere.
- III. An is ſalvatori ſuo ſit fidelis, qui ſæpe videt & audit, proximum ſuo-  
um aut verbis, aut operibus graviter peccare; illum autem commo-  
de neq; rogat, neq; admonet, ut impoſterum ſibi caveat, & ab ejus-  
modi mala conſuetudine abſtineat?
- IV. Quomodo Chriſtianus ſeipſum debeat informare, vel pati, ut ab alio  
erudiat, quando adhuc dubitat, vel ſecum deliberat, utrum illos,  
qui operibus ſuis mundi ſalvatoreſ abnegant, imitetur, & à mun-  
do diligatur?
- V. An is Chriſtianus, qui peccat contra conſcientiam abneget fidem ſalvi-  
ſicam, & mundi ſalvatoreſ, quamdiu non reſpiciſ, & veram agis  
penitentiam? Aff.
- VI. Quid faciendum ſit illi Chriſtiano, qui dubitat, utrum illud bonum,  
quod aggredi cogitat, Deo probetur & placeat?

VII. An

VII. An is seipsum decipiat, qui sibi persuadet, quod possit habere fidem salvificam, & simul peccare contra conscientiam? 27.

VII. An Christianus possit esse certus, quod habeat fidem salvificam, qui possidet bona temporalia, & 1. non dat pauperibus, 2. non iurat proximum, qui eget, & petit sibi mutuo dari argentū, 3. vult quidem indigentē juvare, sed ea conditione, ut pignore sufficienti accepto sibi mutuo datum cum usu-  
ris reddatur. Ad 1. Resp. Lutherus Tom. 1. Jenens. germ. in seinem grossen sermon vom Bucher p. 190. Der ander Grad ist, daß wir sollen geben frey insonst jederman/ der sein bedarff oder begehret/ davon saget unser Herr Jesus Christus Matth. 5. Wer von dir bitter dem gib; und wievöl dieser Grad viel geringer ist denn der erste/ ist er doch schwer und bitter denen/ die mehr schmecken die zeitlichen den die ewigen Güt. er/ denn sie haben nicht so viel vertrauen in Gott/ daß Er sie ernähren möge. oder wolle in diesem elenden Leben. Darum sorgen sie/ sie sterben hunger/ und verderben gantz/ so sie nach Gottes Gebott sollen geben jederman der sie bitter; und rote mögen sie Ihm trauen daß Er sie in ewigkeit ernähre? Denn es Christus saget: Wer Gott in einem kleinen nicht trauet/ der trauet Ihm nimmer in einem grossen/ dennoch gehen sie hin und meynen Gott soll sie ewig selig machen/ etc.

ad 2. eodem Tom. & Sermonem pag. 194. So aber jemand aus diesen allen sich beschweret/ zu leihen seinem Nehesten/ ist ein Zeichen seines grossen Unglaubens/ daß er verachte die tröstliche Zusagung Christi/ da Er saget: Wann wir leihen und geben/ so sind wir Kinder des Allerhöhesten/ und unser Lohn groß/ und solcher tröstlichen Verheissung ist nicht würdig/ der sie nicht gläubet/ noch darnach sich mit den Wercken richtet.

Ad 3. Im kleinen sermon vom Bucher eodem Tom. pagin. 199. So sprichst du denn/ Ist es also getan um das leihen und borgen/ so wil ich niemant leihen/ denn so verlohre ich mein Interesse? Antwort/ du magst thun wie du wilt/ so wirstu das Gebott Christi nicht umstossen/ da Er dir gebet/ du sollt leihen ohn allen Aussatz deinem Nehesten. Dawu/ so ers bedarff/ auch geben ganz insonst. Thustu es nicht/ so bistu auch kein Christen und wirst deinen Himmel hier auff Erden empfangen haben.

✱

27. 117





II. An hac propositio, Bona opera sunt necessaria, sit pe-  
prerea usus vocabuli Necessitatu in doctrina de Bon-  
corum simpliciter sit rejiciendus & damnandus ?

#### IV. CALVINIANOS.

An electi propter peccata contra conscientiam non possint  
Dei, & amittere fidem justificantem ? N.

### CASUS CONSCIENTI.

Quaritur :

- I. An is sit ex numero vere sanctorum, qui operibus suis  
in illu nimium placet non absq; proximi contemptu
- II. Quomodo erigendus sit Christianus, qui in summis an-  
tionibus spiritualibus secum perpendit, quod Christi  
sit enumeraturus piorum opera, & cuilibet secun-  
codem retributurus; ipse autem nulla habeat oper-  
extremo die coram facie divina poterit comparere.
- III. An is Salvatori suo sit fidelu, qui saepe videt & audi-  
um aut verbis, aut operibus graviter peccare; illu  
de neq; rogat, neq; admonet, ut impofterum sibi ca-  
modi mala consuetudine abstineat ?
- IV. Quomodo Christianus seipsum debeat informare, ve-  
erudiatur, quando adhuc dubitat, vel secum delibe-  
qui operibus suis Mundi Salvatorem abnegant, imi-  
do diligatur ?
- V. An is Christianus, qui peccat contra conscientiam ab-  
scam, & mundi Salvatorem, quamdiu non respicit  
penitentiam ? Aff.
- VI. Quid faciendum sit illi Christiano, qui dubitat, ut  
quod aggredi cogitas, Deo probetur & placeat ?

